





Pi. 48. num. 51.

2

1743. 3

14

Q. D. B. V.

OBSERVATIONES IVRIS MISCELLAE

QVARVM

CAPVT QVARTVM

DE

DVBIIS QVIBVSDAM

IN SVCCESIONE AB
INTESTATO

COLLATERALIVM IN CAPITA
SEC. REG.

SO VIEL MVND, SO VIEL PFVND

PRAESIDE

GEORGIO FRIDERICO DEINLINO
I. V. ET PHILOS. D. PERILL. REIPVBL. NORIB.

CONSIL. PAND. P. P. COLL. ICTORVM
ASSESS. ORD.


DISQVISIONI ERVDITORVM
SVBMITTIT

AVCTOR ET RESPONDENS

CHRISTOPHORVS IACOBVS PFVND
NORIMB.

ALTORF. D. XVIII. SEPT. c1010ccxxxiii.

TYPIS IOH. GEORGII MEYERI ACAD. TYPOGRAPHI.



OBSERVATIONES IURIS MISCELLAE

CARV. QUAT. M.

DVBIS C. V. S. DAM

IN SVCCESIONE AB

INSTITUTO

COLLABORANTIA IN CIVITA

30 KIEL. N. W. D. 30. FEBRUARII

BRASIDE

GEORGIO LAIBERICO CUNILINGO

I. V. ET PHIL. D. P. R. COLLEGIORVM

CONSIL. PAND. P. R. COLLEGIORVM

ASSESS. ORD.

DISPOSITIONI ERNSDORFIAE

ERNSDORFIAE

AVCTOR ET RESPONDENS

CHRISTOPHORVS JACOBVS PRAND

NORIM.

ALTONA. D. XVII. SEPT. MDCCCXXXII

THEOD. GOSCHKE VERLAG LEIPZIG





OBSERVATIONES IVRIS MISCELLAE.

CAPVT QVARTVM

DE

DVBIIS QVIBVSDAM IN SVC-
CESSIONE AB INTESTATO COLLATE-
RALIVM IN CAPITA SECVNDVM
REGVLAM:

SO VIEL MVND, SO VIEL PfvND.

§. I.



Nter omnes iuris civilis materias, quarum Doftrina de Suc-
cess. ab Intest.
difficilis et dubia.
neutra quidem ab omnibus dubiis obscu-
ritatibus et interdum erroribus libera et
uacua apparet, nulla tamen tot difficul-
tibus, tot dubitationibus, tot disputatio-
nibus inuoluta est, quam sola materia suc-
cessionis ab intestato. Causa tribuenda
imprimis Tribu-
natio. Causa obscuritatis

facile inueniri potest. Habuerunt quidem Germani omni
tempore, adeoque etiam ante receptum Ius Iustinianum,
simplicissimas acquissimasque regulas suas successionum; et
hodierna Iura Saxonica, tenacissime a sua gente retenta, satis
hanc assertionem comprobant: sed receptum postea Ius Iusti-
nianeum in Germania insignes istas turbas, quibus adhuc Iu-
risprudentia nostra in hac parte ualde angitur, hinc inde ex-
citauit, et quidem non raro per propriam suam, qua No-
uella imprimis Constitutiones Iustinianae misere laborant,
obscuritatem. Nimirum uetus Ius Romanum succedendi ab

I 2

intestato,



Obscure loquenti
in Nouellis, speci-
atim Nou. 118.

Prae coeteris
B. Strykins in
dubiis discutendis
laboravit laudabi-
liter.

Sed saepe infelici-
tar in Doctr. de
Success. Collate-
ralium secundi
gradus.

Instituti ratio.

intestato, quatenus in Titulis Dig. et Inst. continetur, atque in subtilitatibus illis de suitate, de emancipatione, de agnatione et cognatione etc. fundatum est, totum fere reiecerat Tribonianus, Iustiniani Iuris princeps Compilerator, et aliam formam succedendi ab intestato aliumque ordinem in locum mutati Iuris antiqui substituit, testantibus uariis Nouellis, inprimis Nouella 118. Optime consultum fuisse doctrinae successionis ab intestato, si modo Tribonianus in Textibus eo pertinentibus, speciatim in dicta Nouella 118. omnem diligentiam adhibuisset, ut euitaret omnes obscuriores locutiones, et potius casuum frequentissime obuentionum decisiones, ex clarissimis, bene cohaerentibus et perpetuis regulis petendas, proposuerit; ita enim fons omnium disensionum leui uia obturari potuisset. Sed iam haec ipsa obscuritas Triboniani merito dicenda est lerna malorum et scaturigo omnium altercationum. Nos hanc iustam querelam iungimus querelis B. THOMASII in Not. ad Inst. tit. de hered. quae ab intest. defer. qui quasi indicem exhibuit earum in materia success. ab intest. disputationum, quae propter Tribonianum, obscurius ubique loquentem, ortae sunt, et in quibus componendis, praeter plures alios, potissimum B. STRYKIVS in Tr. de S. A. I. omnem laborem adhibuit. Verum enim uero, quemadmodum huius Illi. Viri opera, in non paucis capitibus enucleandis ac per rationes firmandis, feliciter quidem processit; ita tamen e contrario Idem in illo capite S. A. I. quod *ad Collaterales secundi gradus*, i. e. *fratrum germanorum liberos solos concurrentes*, pertinet, saepius in erroneas et infirmas ratiocinationes deductus nobis uidetur. Quamobrem inpraesentiarum paucis in hos errores dubiaque ratiocinia, utut ea multis aliis eruditissimis Viris, STRYKIVM eiusque Autores secutis, non displicuerint, inquirere, atque, ea, qua decet, modestia, rigoroso tamen examini subiicere constituimus.

§. II.

§. II.

Quoniam in praecedente §. diximus, nobis futurum ^{Per Collaterales} sermone tantum esse de Successione collateralium, et qui ^{Secundi gradus} nos intelligimus ^{Germanorum} dem *secundi gradus*, i. e. si soli germanorum liberi concurrant; praemonendum est, hanc appellationem nobis ideo arrisisse, quia clarior est et accuratior numeratio, si incipimus ab eo, de cuius successione quaeritur, et ita progredimur numerando ad germanum *fratrem*, qui in *primo* gradu collateralis lineae constitutus est, et cuius deinde *liberi* *secundum* gradum constituunt. (uid. Tab. Num. I.) Ceterum non ignoramus, quod non solum in textibus, sed etiam apud Ddres saepius fratres germani in secundo, eorum liberi uero in tertio gradu constituti censentur, sc. computatione et numeratione graduum facta, non ab eo, de cuius successione quaeritur, sed a communi stipite, tanquam origine coniunctionis sanguinis. (Vid. Tab. Num. II.) Imo B. BEYERVS solos descendentes istius collateralis numerat, adeoque primum gradum in liberis fratris Germani constituit, secundum uero gradum in fratris germani nepotibus. uid. posit. ad Inst. Lib. 3. Tit. 1. pos. 27. (Tab. N. III.) Sed in terminis simus faciles, modo in re conueniamus. Nos semper dicere uolumus, fratrem collateralem 1. gradu; eius liberos uero 2. gradu constitutos.

§. III.

Praecipuus itaque dissensus, atque adeo Imum Dubium olim concernebat generatim successione collateralium 2. gradus, si soli inter se concurrebant, nec is, de cuius successione quaeritur, germanum fratrem in uiuis reliquerat. (vid. Tab. IV.) Nam si reliquit fratrem germanum, res omni dubio caret, et succeditur in stirpes iure repraesentationis, Nou. 118. cap. 3. (Tab. Num. V.) Sed priori casu semper olim disputabatur acerrime, utrum germanorum li-

Imum Dubium:
Quomodo succedatur, si soli Germanorum Liberi concurrunt?

beri soli concurrentes succedant in stirpes, *in die Stämme*; an uero in capita, *so viel Mund, so viel Pfund*? Atque hanc *controuersiam cimmeriis tenebris obscuriorem* appellare non dubitauerunt Dd. uid. MATVRIN. MONTAN. apud STRYK. de S. A. I. diss. 3. cap. 1. §. 8. BEYER. cit. loc. posit. 31. not. l. Per mouit perpetua haec controuersia Carolum V. ut speciali Constitutione Imperiali Spirensi de anno 1529. eandem dirimeret, et adeo rixis litigiisque finem imponeret, decidendo, ut succedatur *in capita*, non in stirpes. In hac Imperiali Decisione humillime acquiescendum est, grataque mente agnoscendum, quod lex imperii controuersias Doctorum breui manu ita componere uoluerit. Neque iam nostrum esset, ut *de lege iudicaremus*, cum nobis gloria obsequii et solum *iudicium secundum leges* relictum sit; imo sufficere deberet, quod ita uoluerit legislator, cui stat pro ratione uoluntas sola. Interim uero nunc nostrum non possumus reprimere animi moerorem, quod B. et meritorum gloria alias Ill. STRYKIUS in sola legislatoria uoluntate declaratoria acquiescere noluerit, sed potius omnem lapidem mouerit, ut Decisionem hanc Carolinam rationibus iuris fulciret, ex analogia iuris eius aequitatem defenderet, et adeo successionem in capita praedicto casu, uel iam *in ipso puncto iuris Civilis ueriores esse* successionem in stirpes, probaret. Quod, si etiam olim tam facile evinci potuisset, sine dubio effecisset, ut Imperator Carolus V. labore Constitutionis suae superfederet. Nos, itaque salua pietate et religiosa ueneratione erga Sanctionem Imperatoriam, certo nobis persuademus, non solum STRYKII laborem in curiosa conquisitione rationum pro defendenda harmonia Decisionis Carolinae cum regulis succedendi iuris civilis esse frustraneum, sed etiam et aequitati et analogiae iuris civilis, in defectu expressae Decisionis, contrariam sententiam (scil. ut germanorum liberi, solum inter

Sublatum per
Constitutionem
Imper. Caroli V.
Spir. d. a. 1529.

Secundum hanc
succedunt in
Capita.

In qua Legislato-
ria uoluntate sola
acquiescendum
fuit.

Sed Strykius
Successionem in
capita rationibus
quoque defendere
uult ex iure Civ.
Iust.

Frustra quidem,
ut nos opinamur.

se concurrentes, *non in capita*, sed eodem iure repraesentationis, ac si frater aliquis concurreret, id est, *in stirpes*, succedere debeant) magis esse conuenientem: Quod in sequentibus monstrare conabimur.

§. IV.

Tres proposuit STRYKIVS de S. A. I. diff. 3. cap. I. §. 9. ^{Proponuntur Trés Rationes Stryk.} *Rationes*, cur uerioripſi uideatur in puncto iur. ciu. Deciso Carolina, fratrum filios in capita, non in stirpes, uocans. *Prima* est, quoniam iure ueteri hoc casu successio in capita quoque obtinuerit, per L. 2. §. 2. ff. de suis et legit. hered. cui itaque textui tamdiu standum sit, donec evincatur, eum iure nouo esse abrogatum. *Secunda* est, quoniam Nou. 118. cap. 3. nullam continet correctionem iuris ueteris, sed potius ex uersiculo: *quandoquidem* etc. contrarium eluceſcit, ubi tunc demum in stirpes succedere dicuntur fratrum filii, quando cum propriis concurrunt Thiis; inde concludit STRYKIVS: si Thiis non adsunt, successio pristina in capita obtinere debet. *Tertia* ratio est, quia, si successio per speciale beneficium ab Imperatore Iustiniano concessum, (sc. ut fratrum liberi cum Thiis in stirpes succedant) extenderetur pari modo ad solos fratrum liberos concurrentes, extensio haec intentioni Imperatoris contraria foret, et ultra terminos fieret; cum aequali gradu constituti et aequali iure gaudentes, inaequaliter non debeant admitti. Ad has uero rationes Strykianas difficile non est respondere. Quod enim ^{Responsio ad Primam.} 1.) attinet ad Legem cit. 2. §. 2. ff. de suis et legit. hered. satis mirari non possumus, qui factum fuerit, ut STRYKIVS uti non erubuerit hoc Textu, cum tamen ipse in ratione *tertia* fateri necesse habuerit, NB. *olim fratrum liberos a fratribus defuncti penitus exclusos fuisse*, per L. 3. C. de legit. hered. Si itaque semper proximior collateralis, ueteri iure

Prima.

Secunda.

Tertia.

Responsio ad Primam.

Iure Romano penitus excludebat remotiorem; per rerum naturam alia ratio succedendi, quam in capita; locum habere non potuit, remoto omni principio Iuris Repraesentandi. Iam e contrario postquam correcta est per Iustinianum successio iuris ueteris intuitu collateralium ita, ut fratrum liberi non excludantur a fratribus, sed simul admittantur iure repraesentationis in stirpes; certe! nulla apparet ratio, cur forma successionis in stirpes secundum ius repraesentationis mutari debeat, si etiam *soli fratrum liberi* inter se concurrunt. Vtroque itaque casu, siue fratres adsint siue non adsint, ius succedendi transmittitur ad fratrum liberos per suos parentes, nec quisquam plus iuris transferre potuit ad liberos suos, quam ipse habuisset, si contigisset, ut cum proprio fratre uiuo ad successionem uocatus fuisset. Et manifeste praeterea falsa est assertio: Iure Novo i. e. Iustiniano, non esse textum, per quem abrogatum sit Ius Verus L. 2. §. 2. de suis et leg. haered. Adest omnino, scilicet ipsa Nou. 118. C. 3. ubi in primis §. Huiusmodi etc. adeo clare exprimitur *Ius repraesentationis etiam in hoc nostro casu*, ut uix possibilis uideatur dissensus Dd. et controuersia ista, cimmeriis tenebris obscurior dicta, uid. supra §. 3. De quo loco Nouellae infra dicetur §. 5. not. (b) Coeterum omnes, quos haecenus evoluere licuit, autores, unanimiter fatentur, propter Nou. 118. c. 3. *ius repraesentationis, extra fratrum filios, in Linea collateralis non extendi*, FORSTER. de Haer. ab Int. Lib. VIII. Cap. 7. p. m. 1169. Ergo, inuertamus conclusionem: intra fratrum filios ius repraesentationis semper obtinet, siue concurrant cum fratribus Germanis, siue soli sint. Ad secundam rationem STRYKII respondemus, quod unius positio non sit alterius exclusio. Nam, quae STRYKIVS adducit, potius id euincere deberent ex Nou. 118. cap. 3. in uerbis: *tunc hoc beneficium conferimus* etc. quod,

Ad Secundam.

quod, si non adit fratrum germanus, filii germanorum soli prorsus non succederent: at uero, quia interpretes palam agnoscunt, fratrum liberos solos concurrentes omnino reliquos omnes, qui alias in pari gradu constituti sunt, quales sunt Patruum etc. excludere; (vid. Tab. N. VI.) quid quaeso! magis consentaneum esset dispositioni Iustinianae et analogiae successione ibi fundatae, quam ut succedatur in stirpes, non aliter ac si frater adesset? Denique ad tertiam rationem ^{Resp. ad Tertiam.} STRYKII generatim monemus, quod ex textibus Iuris correcti, sc. ueteris Iuris Romani, nulla amplius possit desumi probatio NB. *pro interpretando Iure corrigente*, i. e. Iure Nouellarum, ui cuius ius repraesentationis introductum est in successione collateralium *primi*, atque, secundum deducta, etiam *secundi gradus*. Reliqua uero asserta STRYKII uel prorsus non cohaerent, uel oppido falsa sunt. Ita falsa est illatio: *intentioni Imperatoris contrarium fore, si beneficium nouum, admittens fratrum liberos cum fratribus ipsis ad successionem iure repraesentationis in stirpes, extendere ultra suos terminos*. Profecto! illi non extendunt ultra terminos beneficium, qui (in defectu recentioris Constitutionis et Legis Publicae; talem defectum enim nos fingimus) in casu proposito concursus solum German. Liberorum statuunt, locum habere successionem in stirpes, et ius repraesentationis; sed potius, postquam beneficium succedendi, contra Ius antiquum L. 2. §. 2. de Suis et Leg. Haered. per Nou. 118. Cap. 3. iam ultra terminos extensum est; et postquam soli quoque fratrum liberi ad successionem admittuntur, applicant tantummodo extensioni huic formam successionis, quae propria est beneficio, nimirum formam *successionis in stirpes*; haec enim obtinet in concursu liberorum ex germanis cum germanis ipsis. Magis itaque uiolenta est extensio STRYKII, qui, admissa successione solum liberorum ex fratribus

K

germa-

germanis, successionis prioris formam in stirpes prorsus mutat, et, reiecto iure repraesentationis, diuersam plane successionem, nimirum in capita, substituit. Praeterea falsa quae est regula: *aequali gradu constitutos aequalique iure gaudentes, aequaliter esse admittendos.* Si enim haec regula uera ac perpetua esset, cur descendentes in pari gradu constituti et aequali iure gaudentes, non succederent in capita? (uid. Tab. N. VII.) At uero succedunt in stirpes, neutiquam in capita. (a) Item, cur, secundum commune Dd. opinio-

(a) Non ignoramus, etiam in hoc casu dissentire Dd. qui dissensus rursus descendit ab obscuritate Triboniani in Nou. 118. cap. 1. ubi omisit definire perspicue, an successio in stirpes etiam locum habeat, si nepotes soli sint, conf. B. THOMAS. in Not. ad Inst. tit. de hered. quae ab int. def. Veriorem tamen esse doctrinam eorum, qui solos Nepotes etc. heredes dicunt succedere in stirpes, cum multis aliis fatetur ipse STRYKIVS diss. 1. cap. 2. §. 35. *quia non iure proprio ueniunt ad successionem, sed iure a parentibus ad se transmissio.* Quis uero iam non mirabitur, quod STRYKIVS, NB. in puncto iuris Ciuilis Iust. defensurus successionem in capita, si soli liberi fratrum concurrant, non erubuerit deferere firmam istam rationem de iure repraesentandi in pari gradu obtinente? Sed purgare se uult Strykius, et rationem diuersitatis diss. 3. cap. 1. §. 10. ita exponit: *In collateralium successione hoc non obtinet; quippe fratrum filii a patruo defuncto sanguinem non trahunt, unde nec iure sanguinis, sed proximitatis uocantur etc.* Ingenuè fatemur, nos non perspicere posse rationem differentiae a STRYKIO adductam; certissimum enim est, omnes collaterales iure sanguinis succedere: et, si non succederent iure sanguinis, cur fratres cum fratrum liberis concurrentes succederent iure repraesentationis? Certe! et illi succedere deberent in capita; non enim sanguinem trahunt a defuncto. Et quid opus est uerbis? ipse STRYKIVS in superiore §. 7. contrarium statuit, quando, de success.

opinionem, fratrum liberi cum ascendentibus concurrentes succederent in stirpes, et iure repraesentationis opus haberent? nam et tunc sunt Germanorum Liberi in aequali gradu constituti inter se (uid. Tab. N. VIII.) et tamen non succedunt in capita, sed in stirpes, uid. STRYK. diff. 2. cap. 1. §. 3 r. sqq. et BEYERVM de S. A. I. ad Inst. pos. 25. not. h. Item, cur cum fratrum liberis non etiam admitteretur patruus defuncti, si uerum est, quod STRYKIVS dicit §. 10. fratrum liberos non iure sanguinis, sed proximitate, uocari? nam patruus defuncto est in eodem gradu coniunctus, quo fratrum liberi, numeratione facta ab eo, de cuius successione quaeritur; et tamen hi excludunt patrum, (uid. Tab. N. IX.) uid. STRYK. diff. 3. cap. 1. §. 13.

§. V.

Quae hactenus proposita sunt, eum habent finem, ut monstretur, rationibus STRYKII aliorumque, qui successione in capita, si soli fratrum liberi concurrunt, *in puncto iuris civilis Iustiniani ueritatem esse defendunt*, parum vel nihil effici

Idum Dubium:
Quomodo succedatur, si soli Germanorum Liberi concurrant cum Fratre Unilaterali?

K 2

successione in stirpes fratrum cum fratrum liberis concurrentium locuturus, et HOTOMANNVM refutaturus, *fundatum ius repraesentationis* et transmissionis sanguinis in collateralis linea ita defendit: *Non praecise efflagitat repraesentatio, ut sanguinem ab eo traham, cui succedere uelim; id uero postulat, ut ab eo sanguinem duxerim, in cuius locum per repraesentationem transeo; quod et hic in fratrum filiis obtinet. Cum itaque hic de uoluntate legislatoris constet, quod in locum defuncti admittendos uelit fratrum filios, utique standum legis dispositioni; nec enim, ut Imperator nominatenus ius repraesentationis exprimeret, opus fuit; satis rem declarauit, expressis uerbis dicendo, quod fratrum filii in suorum parentum iura succedant.*

effici posse. Subsistamus itaque in sola uoluntate legislatoria Decisionis Carolinae supra memoratae; utpote quae simpliciter uult, ut *soli fratrum liberi concurrentes succedant in capita*. O si modo etiam omnes interpretes, sine scrupulosa indagatione, an Decisio cohaereat cum Iure Iustin. Novellarum, nec ne? in hac simplici et clarissima dispositione firmiter acquieverint, nec uana subtilitate nodum in scirpo quaesuerint! At nunc uidebimus alterum casum, quem insigne quoddam II Dubium uexat, et quem Interpretes plerumque, ex falso principio, sinistre, nostro quidem iudicio, decidere solent. Nimirum conclamatum est, quod, quousque adsint fratres germani, et fratrum germanorum liberi, eoque excludantur omnes reliqui collaterales, et inter hos etiam unilaterales eorumque liberi, STRYK. c. l. §. 17. (uid. Tab. N. X.) Iam uero, ab interpretibus Decisionis Carolinae saepius laudatae, quaestio, uti nos credimus, plane inutilis proponitur: Qualis sit successio, si soli adsint fratrum germanorum liberi, et praeterea frater unilateralis; utrum in stirpes, an uero in capita? (uid. Tab. Num. XI. Inutilem appellauimus hanc quaestionem, quia, si duas has propositiones firmo fundamento nixas praesupponimus, 1) quod Carolus V. solos fratrum liberos concurrentes in capita uocari iusserit, 2) quod, quoties adsunt germani eorumque liberi, toties excludantur unilaterales omnes; nemo mente concipere poterit sufficientem rationem, quare non subsistendum sit in clarissima dispositione Carolina, quae uult, ut fratrum liberi soli concurrentes succedant *in capita*. Succurrit enim simul naturalis ratio aequitatis et genuinae interpretationis, cum is, qui iam simpliciter exclusus est per alios a successione iam existente, qualis est unilateralis, ne utiquam afficere, vel, ut ita dicamus, alterare possit formam in lege publica praescriptam modumque succedendi ibi determinata-

Sinistre et contra
Constitutionem
Carolinam deci-
ditur, quod suc-
cedant in Stirpes.

Cum potius,
secundum illam,
succedere debe-
ant in Capita.

minatum; imo merito haberi debeat *pro Non Ente*, quod, siue existat, siue non existat, non meretur, ut aliqua eius habeatur ratio. Prorsus non esset computandus talis unilateralis, nec in schemate successionis exprimendus; quia *ipso iure iam exclusus est*, non aliter ac ex. gr. perpetuo exclusus censetur proauus paternus toties, quoties adsunt auus et auia maternae lineae, licet his non existentibus, proauus paternus non excluderetur. (uid. Tab. N. XII. In hac simplicissima et aequissima decisione atque interpretatione acquieverunt KELLERVS de S. A. I. tit. 2. cap. 3. n. 22. et plures ab eo allegati. At uero plerique alii, et inter hos inprimis STRVVIVS Synt. Exerc. 38. th. 32. BEYER. ad Inst. de S. A. I. pos. 30. et denique, qui reliquos complectitur, STRYKIVS c. l. §. 18. supra dictas rationes decidendi prorsus neglexerunt, et tali casu *pro successione in stirpes* inter fratrum germanorum liberos solos concurrentes, pronunciare non dubitauerunt; nulla lege, quae dispositionem Constitutionis Carolinae tollere posset, immo ne quidem quodam argumento legis genuino, (nam uel in ipsa Nouella 118. cap. 2. ne uerbulum quidem STRYKIO fauet, licet hac allegatione utatur,) (b) nulla adaequata ratione aequitatis uel interpretationis suffulti. Nam quod dicunt: *fratrum liberos* ad

K 3

(b) Sed obiicere nobis quis posset, quod in Nou. 118. cap. 3. expresse fundata sit successio in stirpes germanorum liberis competens, in uerbis: *Huiusmodi uero priuilegium in hoc ordine cognationis filis praebemus fratrum masculorum et faeminarum filiis aut filiabus, ut in suorum parentum loca succedant. Nulli enim alii omnino personae ex hoc ordine uenienti (adeoque nec unilateralibus fratribus, de quibus antea fermo erat,) hoc ius largimur.* Ad hoc dubium respondemus, quod quidem ipse Imperator per hanc dispositionem uocare

ad excludendum unilateralem fratrem opus habere iure repraesentationis quia sint proximiores etc. illud gratis dicitur et petit principium. Nos negamus; fratrum liberos opus habere iure repraesentationis ad excludendum unilateralem, *quia iam exclusus est ipso iure*, NB. quamdiu adsunt fratres et fratrum germanorum liberi. Negamus denique quod unilaterales, in comparatione cum libris germanorum, sint *proximiores* quoad *ius succedendi*, licet proximiores uideantur ratione gradus in schemate; eos enim remotiores, immo profus exclusos, reddidit

uocare uoluerit in stirpes omnes germanorum liberos, et quod adeo non opus fuisset, ut tam mirifice dissentirent interpretes circa quaestionem: an soli germanorum liberi concurrentes succedant in stirpes? an uero in capita? quoniam iam ipsi agnoscere tenentur, quod hic casus decisis sit per indirectum in citata Nou. 118. cap. 3. nimirum successionem in stirpes locum habere, neutiquam uero in capita; quo ipso noua oritur refutatio STRYKII, qui defendere uoluit, Decisionem Carolinam, ubi successio in capita fundata est, in puncto iur. ciuilibis ueriores esse, uid. quae deduximus antec. §. 3. At uero, postquam decretoria Decisio Carolina, quae iubet, ut in capita tali casu succedatur, iam liquidissime adest, non amplius licet pronocare ad Ius Iustinianum Nou. 118. cap. 3. §. huiusmodi etc. per Constitutionem Carolinam correctum. Nos ipsi itaque contra STRYKIVM firmiter credimus, si Decisio Carolina non adesset, eam sententiam in puncto iur. ciu. Iustiniani ueriores esse, quod germanorum liberi soli concurrentes succedant iure repraesentationis in stirpes, et non in capita, siue unilateralis alesset, siue non. Sed post Constitutionem Carolinam non amplius disputari debet, qualis sit successio, si soli germanorum liberi concurrant? Rotunde deciditur, eos succedere in capita, siue adsit unilateralis, siue non: nam licet adsit, tanquam exclusus in perpetuum a germanorum liberis, non afficit nec mutat genus successionis in capita.

dit quoad ius succedendi, defectus duplicitatis uinculi et difformis coniunctio sanguinis cum defuncto; quae omnia non admittunt locutionem: *unilaterales esse gradu proximiores in coniunctione prae fratrum liberis*; quoniam etiam dici nequit in sensu iuris successorii, et doctrina de her. ab int. quod frater germanus et frater unilateralis sint pares *in eodem gradu et coniunctione sanguinis*, sicuti est frater germanus cum alio suo fratre germano. Atque sic etiam se res habet intuitu fratris defuncti. Haec *disparitas uinculi*, in *paritate* licet gradus *schematis*, semper tamen exprimenda et conspicua, sine dubio effecit, quod apud Saxones omnis unilateralis frater semper uno gradu remotior habeatur respectu germanorum; secundum illud uulgatum: *Die halbe Geburt tritt einen Grad weiter*, (Tab. Num. XIII.) uid. CARPZ. part. 3. const. 18. de fin. 21. sqq. BEYER. ad Inst. c. 1. pos. 76. STRYK. diss. 3. cap. 3. §. 8.

§. VI.

Antequam ad alium casum ex mente nostra etiam satis dubium, nimirum si germanorum liberi cum unilaterali liberis concurrunt, descendimus, non possumus non antecedentis casus §. 5. exceptionem notatu dignissimam subiungere. Nempe audiuius et quasi pro regula admisimus, quod, quamdiu adsint germani eorumque liberi, tamdiu omnes reliqui collaterales excludantur, per Nou. 118. cap. 3. iuncta saepe citata Decisione Carolina. Vnicum tamen deprehendimus casum, ubi unilateralis una cum germanorum liberis succedit, nec hi illum excludere possint. Casus hic est: Titius moritur relicto fratre consanguineo Mevio, et, ex duobus fratribus germanis, quinque liberis (conf. Tab. N. XI.) sed condidit Titius ante obitum testamentum, in quo turpem personam heredem scripserat; aegre hoc fe-

Datur tamen casus, ubi ipse Unilateralis succedere debet una cum Germanorum Liberis, in stirpes concurrentibus.

rens frater consanguineus Meuius, testamentum impugnat querela inofficiosi fratrum. Vincit denique Meuius, et, rescisso testamento fratris Titii, succeditur ab intestato. Si inhaerendum esset strictissime regulae successionis ab int. in concursu germanorum liberorum cum fratre unilaterali secundum Nou. 118. cap. 3. et Constit. Carolinam, frater consanguineus Meuius excluderetur penitus a germanorum liberis, et hi succederent secundum Nou. cit. et communem Dd. opinionem in stirpes; secundum constitutionem Carolinam uero et nostram interpretationem, in capita. Sed iam summum et strictum ius hoc casu per aequitatem temperandum erit, nec enim ingratitude notam effugere possent germanorum liberi, si unilateralem fratrem Meuium excludere uellent, a cuius uictoria, per querelam inofficiosi testamenti suis sumptibus parta, dependebat insigne istud beneficium successionis ab int. in eos quoque deriuatum. Succedunt itaque simul ab int. secundum Dd. confessionem, uid. BEYER. in posit. ad Inst. de S. A. I. pos. 28. not. k. Quomodo uero et quibus in partibus? Id deprehendere nobis non licuit. Nobis aequissima uidetur ea sententia, quae in stirpes successionem praefert, partim ob ea, quae supra iam circa totam hanc successionem monuimus, partim ideo, quia eadem succedendi ratio obtinuisset, si querela inofficiosi contra testamentum Titii mota fuisset a fratre aliquo germano, cum fratrum germanorum liberis semper in stirpes et iure repraesentationis concurrente. (uid. Tab. N. V.)

§. VII.

Illius Dubium:
Quomodo succedatur, si Germanorum liberi soli cum unilaterali liberis concurrant:

Sed iam, misso casu hoc exceptionis, supponamus, sicuti §. 5. animaduertimus, quod, secundum communem Ddum et in primis STRYKII diff. 3. cap. 1. §. 12. opinionem, in Nou. 118. cap. 3. uers. *Vnde consequens est*, etc. fundatam, fratrum

fratrum filii soli cum unilaterali fratre concurrentes, non in capita, (prout magis conueniens esset Decissioni Carolinae,) sed in stirpes succedant. Nunc autem III. nouum oritur Dubium circa successione, si Germanorum liberi soli cum unilaterali liberis concurrant, (uid. Tab. N. XIII.) Sunc enim multi, qui pro iure repraesentationis, et hinc pro successione in stirpes, quaestionem decidendam esse existimant; inter quos eminent MEIER Coll. Iur. Arg. lib. 38. ff. Tit. XVI. §. 22. n. 9. et HEROLD. de iure repraesentationis cap. 4. sect. 2. concl. 4. n. 2. Et, quando assumitur principium ex Nou. 118. cap. 3. cit. uers. quod germanorum filii soli cum fratre unilaterali concurrentes, in stirpes succedere debeant, atque iure repraesentationis opus habeant; profecto non uidemus, cur non eandem rationem decidendi sequi deberent ii, qui ita sentiunt, in altero casu, si concurrerent germanorum liberi cum unilaterali liberis? Omnino succederent in stirpes. At uero rursus STRYKIUS cit. loc. et, qui eum sequuntur, BEYER ad Inst. de S. A. I. posit. 31. LVD. doct. ff. d. tit. §. 12. deferta priori ratione decidendi, pro successione in capita pronunciant hocce casu; moti his rationibus, quod, sicuti germanorum liberis ad excludendum fratrem unilateralem tanquam *gradu proximiozem*, iure repraesentationis opus fuerat, ita e contrario illi, ad excludendos unilateralem liberos tanquam in *pari gradu* constitutos, non opus habeant repraesentatione, cum hos iam *sola uinculi duplicitate* excludant; atque adeo, quo iure frater germanus excludit fratrem unilateralem, eodem iure etiam germani filius excludat unilateralem filium, scil. ob uinculi duplicitatem. Licet nobis, cum pace tantorum uirorum, ingenue fateri, has ipsas rationes pro successione in capita male cohaerere, et per se leues, inadaequatas et tantum non omnes falsas esse. Nolumus hoc loco repetere omnia ea, quae supra §. 5.

Ddres pronunciant pro successione in capita & licet secundum principium §. 5. pronunciantur esset pro successione in stirpes.

L

addu-

adduximus de falsa conclusione STRYKII aliorumque: *opus esse iure repraesentationis ad excludendos eos, qui iam sunt ipso iure exclusi, ut succedatur in stirpes.* Nolumus etiam repetere ea, quae supra cit. loc. animaduertimus intuitu gradus *remotioris, paris et proximioris,* quando agitur de concursu *germanorum et unilaterialium;* nam termini isti non sunt ad se inuicem habiles, neque comparationem ullam patiuntur, propter insignem differentiam duplicitatis uinculi et unilaterialis qualitatis: Non enim sufficit, personam distare ab altera *gradu,* sed requiritur pro aequali iure succedendi asserendo, ut distet etiam *eodem coniunctionis gradu;* quod uero neutiquam dici potest respectu germani et unilaterialis, propter diuersitatem *duplicitatis et unitatis* in uinculo. Hoc loco ita tantum respondemus ad rationes, a STRYKIO congestas, pro defendenda successione *in capita,* si germanorum liberi cum unilaterialium liberis concurrant; quod, si uerum esset, germanorum liberos opus habere iure repraesentationis ad excludendum *fratrem unilateralem,* tanquam gradu *proximiorum,* necessario iidem etiam opus haberent illo ipso iure repraesentationis ad excludendos *unilaterialium liberos,* tanquam gradu *pares,* (nam pares quoque succedere deberent cum paribus, si non alio iure iam essent exclusi) adeoque utroque casu succedere deberent germanorum liberi, concurrentes siue cum fratre unilateriali siue cum unilaterialium liberis, *in stirpes,* nunquam in capita; et quidem propter duplicitatem uinculi, cuius in utroque casu par ratio est exclusionis. Uimur argumento ad hominem: licet, secundum Constitutionem Carolinam, utroque casu obtinere deberet successio *in capita;* quoniam illa successio perpetuo obtinere deberet, in Imperio nostro, siue adsint unilaterales, siue unilaterialium liberi ipso iure iam exclusi, quosque adsunt germanorum liberi.

§. VIII.

§. VIII.

Meretur saepius adducta ratio Strykiana, ut paulo accuratius expendatur. Nimirum in praecedentibus casibus uoluit STRYKIUS cum iis, qui eum sequuntur, ut successio (sive in stirpes, sive in capita) collateralium secundi gradus in concursu cum unilaterali eiusque liberis, fundetur in regula: quoties proximior aliquis *excludendus* est, toties germanorum liberos opus habere *iure repraesentationis*, et eos succedere in stirpes. Nemo autem nobis uitio uertet, si hanc regulam iterum pro falsissima habeamus, eamque potius inuertamus; scilicet: toties iure repraesentationis opus esse, quoties *concurrunt* germanorum liberi cum aliis, qui *simul ad successionem admittendi sunt*, licet in alio gradu uel sanguinis uinculo constituti deprehendantur. Ius repraesentationis et, quae ab illo dependet, ratio succedendi in stirpes, nunquam tendit ad *exclusionem* eorum, qui iam sunt ipso iure exclusi, sed potius ad *facultatem concurrendi* cum iis, qui sunt in aliquo genere uel gradu coniunctionis diuerso. Declaremus rem exemplis. Manifestum est, germanorum liberos ad successionem admitti cum fratre germano, (uid. Tab. N. V.) Si quaeritur, quomodo? et in quibus partibus, hi succedant? omnes fatebuntur, germanorum liberos cum fratre germano succedere *in stirpes*; ratio est, quia, non facultas *excludendi*, sed potius ius *concurrendi* talem successionem exigit. Porro casus superioris §. 6. egregie illustrat nostram thesin, (conf. Tab. n. XI.) ibi enim in casu regulari Consanguineus, tanquam Unilateralis, a successione ab intestato per germanorum liberos exclusus fuisset: postquam uero in querela inofficiosi ab eo mota uictoriam reportauerat, atque hac uictoria effecerat, ut, per successionem ab intestato, hereditas deuoluatur quoque ad

Ius Repraesentationis in Successione Collateralium locum habet toties, quoties concurrendum est cum aliis, non quoties excludendi sunt alii, iam exclusi.

Inde fatisseri po-
 test IVto Dubio:
 Quomodo suce-
 datur, si soli Ger-
 manorum Liberi
 concurrunt cum
 Ascendentibus?
 scil. in Stirpes.

germanorum liberos, summa aequitas, quam et Ddres agnoscunt, fuadet, ut ille uictor Con sanguineus neutiquam excludatur, sed potius simul admittatur. Iam, si quaeris in quas partes hi concurrentes succedant? facilis erit responsio: scilicet succedere debent *in stirpes*; nam ius repraesentationis fundatum est toties, quoties non de *exclusionem*, sed potius de *admissione* diuersorum successorum agitur. Addamus iam casum dignum, ut eius hoc loco habeatur ratio, praecipuis cum nobis suppeditebit IIIIum Dubium in successione ab intestato collateralium. Nimirum liberos germanorum cum ascendentibus concurrentes plane ab haereditate excludi, iubet Nou. 118 cap. 3 (uid. Tab. N. VIII.) Sed hoc correxit Nou. 127. pr. et cap. 1. ubi Imperator uoluit, ut libri germanorum, *si germanus frater aliquis supersit*, cum ascendentibus, et quidem in stirpes, admittantur. Haec certissima sunt et omni dubio carent. Inde uero nouum dubium oriebatur inter Ddres et Interpretes dictae Nou. 127. atque quaerebatur *an* etiam germanorum liberi soli, *nullo existente fratre germano*, cum Ascendentibus concurrant? et, si concurrant admittanturque, *quomodo* succedant cum ascendentibus, utrum *in capita*, *an in stirpes*? Quaestio, *an?* ab omnibus fere interpretibus affirmatur, licet, si uerum fateri deberemus, nihil in Nouella cit. 127. deprehendatur, quod huic sententiae faueat; ob quam causam etiam quaestionem: *an?* simpliciter negatiue decidere non dubitauerat GREV. ad Inst. loc. difficil. diff. X. thes. 16. et cum illo multi alii a STRYKIO citati diff. 2. cap. 1. §. 31. inter quos et Ipse CUIACIUS apparet ad Nou. 118. Interim concedamus, quod STRYKIVS ait, receptiorem, et, si non uerbis, certe menti Imperatoris, conuenientiore esse sententiam affirmatiuam, quae fratrum filios solos cum parentibus concurrentes admittit: sed, si iam quaeritur, *quomodo et in*

in quibus partibus concurrant? difficilior euadit quaestio, quam primo obtutu uidebatur STRYKIO, qui quidem pro successione *in stirpes* pronunciat, sed rationibus uitur, ex iure Nouellarum uolenter conquisitis; cum tamen recordari debuisset, parum in hac causa effici posse cum iure Iustineo, obscurius de toto casu loquente, postquam Carolus V. solos germanorum liberos concurrentes per expressam suam constitutionem indistincte *in capita* uocauerat, (uid. §. 3. et Tab. N. IV.) Interim et nos ipsi propugnamus et defendimus sententiam illam, quae fratrum germanorum liberos solos cum ascendentibus concurrentes, non obstante Constitut. Carolina, *in stirpes*, non in capita, ad successionem uocat; non quidem ex iis rationibus, quibus STRYKIVS usus fuerat, sed hac ipsa sola ratione, quam in praesenti hoc §. tanquam firmissimam optimeque concludentem, proposuimus, quamque in hanc regulam inclusimus: toties fratrum germanorum liberis opus esse iure repraesentationis, et toties locum habere successionem *in stirpes*, quoties, *non de excludendis aliis*, sed *de concurrentia cum aliis*, agitur.

§. IX.

Vltimo loco differendum nobis est de Vro Dubio, uti nobis uidetur, admodum crasso, et apertissimo errori non adeo dissimili, si spectes decisionem uirorum tam celebrium, quales sunt HARTM. HARTMANNI, EVBENIVS, FORSTERS et magnus noster STRYKIVS. Casum proposuit allegatus HARTMANN. obs. pract. Lib. 2. Tit. 43. obs. 12. et ex eo STRYK. diss. 3. cap. I. §. 11. Nos illum damus in schemate Tab. N. XV. Nimirum: Defunctus relinquit fratrem A. et ex alio praedefuncto fratre B. tres, ex itidem alio fratre defuncto C. quatuor filios. Casus, his terminis constans, prorsus nihil in se habet singularis: iam est decisis iure Nou.

Vtrum et Vltimum Dubium: An? et Quomodo succedatur, si frater Germanus, plures liberos habens, concurrentem cum Germanorum liberis, repudiaverit haereditatem?

118. c. 3. quam clarissime, (conf. Tab. N. V.) expeditum est, haereditatem u. g. 24000. Fl. diuidi in tres partes, quarum unam 8000. Fl. capere debet frater A. alteram, itemdem 8000. Fl. fratris B. tres liberi, tertiam denique eiusdem Summae 8000. Fl. fratris C. quatuor libri. Iam audi!

Strykius, Forsterus, aliique decidunt casum affirmatiue; repudiantisque Fratris liberos in capita admitti volunt.

Hoc uidens, inquit STRYKIVS ex HARTMANNO, *frater A. NB. nouem libros habens, mox post mortem fratris, haereditatem eius repudiat, quo casu ex successorio Edicto, fratris A. libri nouem ad successionem admittuntur.* Non dubitamus, quemque acquitatis amantem per hanc solam *affirmatiuam* decisionem quaestionis *an?* nobiscum in aliquam admirationem rapi. Sed nondum satis est, ohe! *Quaeritur iam*, pergit STRYKIVS, *an in sedecim, an in tres partes diuidenda sit successio.* Et postquam opiniones EYBENII (c) et

HART-

(c) Scilicet EYBENIVS obf. pract. ad Inst. disp. 12. obf. 14. n. 6. 1.) quoad quaestionem *an* succedant liberi fratris uiui et repudiantis A. ? probe attendendum esse putauerat, an fratrum B. C. liberi eiusdem cum fratre A. censeantur esse gradus, an remotioris? Nam si illud; fratre repudiante cessaret Edictum successorium, et in pari gradu constitutis portio repudiantis accresceret, L. I. §. 10. ff. de acc. edict. quorum et inclinare uideatur HARTMANNI c. l. Sim hoc; in 16. partes distribuenda uidebatur hereditas patrum, cum fratris repudiantis filii eodem loco cum reliquis sint etc. Sed miramur, Eybenium in hac distinctione solatium soluendi dubium quaerere uoluisse. Nemo tam imprudens erit, ut crederet, liberos B. C. *eiusdem* censei gradus cognationis cum fratre A. Esto autem A. gradu proximior! sufficit, fratrum B. C. liberos *eodem iure perfecto et quaesito* succedendi gaudere, quo gaudet ipse frater A. nec unquam ab hoc excludi posse, licet ratio succedendi sit diuersa in concursu, scil. in stirpes, quae uero non mutat *ius simultaneae admissionis*. Ius itaque accrescendi non est restrictum ad *paritatem gradus*, sed ad *paritatem admissionis* in eadem hereditate; ac pro-

inde

HARTMANNI (*d*) circa quaestionem inprimis, *quomodo* succedatur? admodum dubitantium examinauerat: *Ego fratrum filios*, ait, *utut iure repraesentationis gaudeant, non eodem gradu esse cum patruo A. si hic actu non succedat, existimo; quippe ius repraesentationis paritatem gradus non inducit, nisi existente concursu cum proximiore, quae hic ob repudiationem deficit.*

inde omnibus *coheredibus* regulariter portio libere repudiantis accrescit: uti mox uidebimus. 2.) Quoad quaestionem: *quomodo* succedatur? EYBENIVS c. l. n. 15. ex alio capite fratrum liberis, ne illi repudiatione illa patrum damnum sentiant, succurrendum esse putabat: scilicet admittendos quidem hoc casu esse fratris repudiantis filios, sed *in stirpes*; ne NB. *fraudulenta* fratris renunciatio lucrum ipsis, aliis uero damnum afferat. Quae sententia, (si modo uerum esset, quod repudiantis fratris uini A. liberi ad successionem admitterentur,) omnino multo aequior esset prae Strykiana illa durissima. Quam parum apte EYBENIVM refutauerit STRYKIVS, pro successione *in capita* pugnans, et prouocans ad arg. Leg. 6. ff. quae in fraud. cred. in omnium oculos facile incurrit. Sane? qui lucrum negligit in fraudem creditorum, is ipse perdit, nec ideo auferre studet *ius alteri iam quaesitum*; quale *nondum* habuere creditores: At uero frater A. lucrum negligeret, non ut perderet, sed ut maiori per liberos suos lucro potiretur, suoque turpi ac iniusto facto ius coheredum quaesitum auferret. Sed mox uidebimus, his subtilitatibus circa quaestionem: *quomodo*? non opus esse, quando ipsam quaestionem praedudicialem: *an* liberi repudiantis fratris A. succedant? in exilium frustraneorum quaestionum et Cautelarum relegabimus.

(*d*) H. HARTMANNI dubius ubique haesit, et nesciuit, quo se uertat; hinc tandem eo delapsus est, ut renunciationem fratris A. simpliciter pro *inualida* declararet, idque ideo, quia ea non tantum concernat ius et utilitatem renunciantis, sed etiam tertij, uti, in hoc casu, liberorum fratris. Nolumus nos iam inquirere in uim
et

deficit. Et hinc cessabit ius ad crescendi. Sed post repudiationem omnes in capita ob paritatem gradus succedere censeo - - - Non inuidendum putoliberis lucrum, quod occasione repudiationis paternae ex beneficio successorii

Qui refutantur.

Edicti habent. Nos, ut uerum fateamur, hoc turpissimum, hoc damnanda auaritia fraudulentaque fratris A. renunciatione liberis, et per indirectum sibi, quaerendum lucrum, iure meritoque inuidemus; nec unquam nos in castra B. STRYKII et eorum, qui cum illo faciunt, seduci patiemur. Si talis dolosa repudiatio, siue renunciatio, istum innocentissimum effectum uenditatum producere ualeret, non solum rarissimus esset usus successionis Collateralium, diuerso gradu concurrentium *in stirpes*, in Nou. 118. cap. 3. presse definitae; (Cur enim frater A. ambabus manibus non arriperet occasionem, ubi loco 8000. Florenorum, in se suosque deriuare possit praedam 9000. Thalerorum, siue 13500. Flor. per piam fraudem, per cautelam, si Diis placet, in subtilitate iuris

et qualitatem huius argumenti, qui ipsi ingenue libenterque fateamur, omnino ualidam esse hanc renunciationem, (sc. in praeiudicium renunciantis et suorum.) Hoc tantum monemus, neque hoc loco STRYKIVM adaequate respondisse ad HARTMANNI rationem, imo se ipsum proprio iugulasse gladio: fatetur enim, quod renunciando non possim praeiudicare tertio in eo iure, quod habet immediate ex legis beneficio; quo ipso simul manifeste concedit, fratrem A. renunciando non posse praeiudicare liberis fratrum B. et C. in iure successionis, quod et ipsi habent immediate a lege, in haereditate, statim post mortem patris sui ipsis ab intestato delata. Exemplum, quod STRYKIO in promptu est, nihil facit ad rem: *Fratre*, inquit, *ab intestato mortuo lex defert successionem patri et fratribus*, (uid. Tab. N. XVI.) *Quod si hi omnes testamento*
exclui

iuris permissam, et per unicum uocabulum modeste pronun-
 ciatum: Repudio!) sed etiam ianua aperiretur manifestis
 fraudibus, quae et legi fierent, et fortissime iustissimeque
 quaesita iura aliis auferrent. Sed salua res est! Iura nostra
 recte applicata non patrocinantur isti sententiae, et subtiliter
 quasi inuentae Cautelae, speciose licet praepositae. Quic-
 quid enim de beneficio *successorii alicuius Edicti*, huic re-
 puidiationi fauente, narratur; gratis dicitur: Certe! (prae-
 ter id, quod ex antiquo et correcto Iure Romano successi-
 onis, ubi proximior semper excludebat omnes remotiores,
 et sic etiam frater germanus liberos germanorum, uid. L. 2.
 §. 2. ff. de suis et leg. hered. et supra §. 4. nihil amplius
 probari possit post Ius corrigens Nou. 118. cap. 3.) ne qui-
 dem in L. 1. §. 10. ff. de Succ. Edict. et, qui exinde excer-
 ptus est, §. 5. Inst. de Bon. Poss. tale quid continetur; ibi

M *enim*

*exclusi sint, patre per querelam impugnante testamentum, ex uerore
 sententia ad successionem simul admitterentur fratres; nihil tamen
 uetat, quo minus in praeiudicium fratrum, pater et successioni et
 querelae renunciare possit. Recte! (adhibeatur casus §. 6. et Tab.
 N. XI.) Sed cogitare debuisset STRYKIVS, quod a) exemplum
 suum pertineat ad rescissionem alicuius testamenti, et ad renunciatio-
 nem querelae, per totum Ius Civile maximopere odiosae; deinde
 b) quod in nostro casu Tab. N. XV. statim post mortem eius, de
 cuius successione quaeritur, ortum iam sit ius, plenissime quae-
 situm, liberis B. et C. succedendi ab intestato cum patruo A. cum
 e contrario in exemplo isto Strykiano Tab. N. XVI. neutiquam
 tale ius quaesitum succedendi ortum fuerit, uel oriri potuerit, fra-
 tribus post mortem fratris sui, quia hic non deceffit ab intestato,
 sed NB. condito testamento; quod illi, exclusi quidem sed nulli
 turpi personae postpositi, impugnare nequeunt. A successione
 itaque testamentaria ad eam, quae ab intestato defertur, in his ca-
 sibus non fit iusta illatio, nec adeo quadrat exemplum.*

enim sermo est partim de ordine tantum, quo Bon. Poss. petenda sit, partim de admissione remotiorum, si, qui prius uocarentur, B. P. petere neglexerint, scil. NB. *in diuersis lineis*, neutiquam *in eadem*. *Qui uero semel noluit B. P. petere*, *perdidit ius eius*, (scil. non solum pro se, sed et pro suis descendantibus) *ubi enim noluit, iam coepit ad alios* (i. e. in alia linea, etiam remotiores) *pertinere Bonorum Possesso, aut fiscum inuitare* etc. Sunt uerba cit. Leg. 1. §. 6. de Succ. Edict. Et quaeso! qualis usus futurus esset iuris accrescendi in hereditibus, si, per liberam repudiationem partis a cohaerere factam, pars uacans NB nunquam acquisita, sed rotunde repudiata, transmitteretur ad repudiantis descendentes, nec accresceret cohaeredibus, aequali, firmo et constante iure ad eandem hereditatem uocatis? Expediti et perpetui iuris est in omni genere successionis Descendentium, Ascendentium et Collateralium, quod inter Successuros et personam Defuncti non debeat esse *persona superstes intermedia*, et, quod Successuros *nemo ex Parentibus antecedere* debeat: Ita u. g. in aeternum non possunt succedere nepotes, si horum pater adhuc uiuit; et ne quidem tali casu opus est, ut nepotum uel ulla fiat mentio in schemate, conf. Nou. 118. cap. 1. in uerbis: *si quem horum descendantium mori contigerit* etc. Add. BEYER. ad Inst. de S. A. I. pos. 8. Contra hanc regulam iuris perpetuam manifeste peccaretur, si uia ad succedendum aperiretur filiis A. (et quidem per *fraudulentam* aliquam affectatamque repudiationem) cum tamen ipse A. adhuc *uiuus* adsit; quia succedere et potest et debet, ni, partem uacantem ad Coheredes (quales neutiquam suo facto repudiationis efficere potest liberos suos) iure accrescendi transmitti, suo suorumque damno experiri uelit.

§. X.

Audiamus uero, quales rationes sententiae suae afferat Forsteri ratione
contrariae spe-
ciatim expe-
diantur et re-
solvuntur.
FORSTERVS de hered. quae ab int. def. Lib. 8. cap. 9. concl. 3. *Repudiare hereditatem, inquit, et praemortuum esse, paria sunt, §. pen. (uel potius §.) Inst. de B. P. L. un. C. quando non petent. part. Si itaque defunctus duos fratres reliquerit, et unus illorum repudiet hereditatem, eius portio alteri fratri non accrescit: sed filii ipsius repudiantis in eius locum succedunt, et cum patruo admittuntur, perinde ac si eorum pater praemortuus fuisset: quoniam praedicti duo fratres non sunt coniuncti ea coniunctione, ut inter eos habeat locum ius accrescendi, de quo in L. 89. de Legat. 3. sed coniunctione sanguinis, quae in legitimis successoribus, ius accrescendi non inducit. Quot uerba, tot fere nobis uidentur errores! Repudiare haereditatem et praemortuum esse, neutiquam sunt paria, sed longe diuersa; nam semper repudiantium portio reliquis non repudiantibus Coheredibus accrescit, LVD. Doctr. ff. tit. de inoff. test. §. 6. in fin. Scimus quidem, interdum patrem haberi pro mortuo in fauorem liberorum, quo faciunt L. 1. §. 8. ff. de B. P. contra Tbb. L. 1. §. 5. ff. de coniung. cum emanc. lib. ei. Sed hoc tunc fit, quando fatalis aliqua et totalis exclusio patris postulauerat, ut iura hac fictione mortis alicuius ciuillis uti debuerint et potuerint; qua efficeretur, ut liberi, per indirectum penitus exclusi, patrem repraesentare possint; NB. *Viuis enim nunquam repraesentatur.* Quis uero auderet haec uiolenter extendere ad patrem, qui, reuera ad successionem in legitimo ordine uocatus, petulanter et turpis lucri causa eandem repudiat; damnanda intentione, ut ius simultaneae successionis, fratrum germanorum liberis aequae quaesitum, turbaret, minueret, et tantum non penitus auferret? Nunquam *respectu coheredum et in eorum praedictum* pater aliquis uiuus in iure habetur pro mortuo,*

tuo, eo effectu, ut liberi eum repraesentare possint, uid. BEYER. ad ff. tit. de inoff. test. pos. 30. et 31. Textus a FORSTERO citati partim huc prorsus non pertinent, partim iam supra, genuina interpretatione adhibita, explicati sunt, partim denique e diametro repugnant FORSTERO. Ita illa ipsa Lex un. C. quand. non petent. expresse contrarium statuit, nimirum, quod, *bis solis* (u. g. in nostro casu Germanorum liberis) *qui B. Possessionem* (hodie generatim successionem) *agnouerunt, portionem non petentium* (i. e. repudiantium) *accrescere* (neutiquam ad repudiantium liberos transmitti) *in dubium non uenit*. Quod ad casum FORSTERI attinet, is partim peruerse decisis est, partim per se nullius est momenti. Finge, Titium mortuum reliquisse 8000. Fl. et ab intestato heredes duos fratres, Meuium et Paulum; quorum uterque duos habet filios: Paulus repudiat haereditatem Titianam (uel quia filios habet immorigeros, quibus tandem aliquando ne suas quidem proprias facultates aliter quam aegerrime, dissipandas relinquet; uel quia Titii bona turpiter quaesita, cum maledictione suis bonis misceri abhorret). Ecquis iam nullum effectum tribuere uellet repudiationi Pauli? Paulus et Meuius ius ab intestato succedendi quaesitum post mortem Titii, in huius bonis adepti sunt, neutiquam uero filii, siue Pauli, siue Meuii, qui simpliciter exclusi manent, quousque uiui sunt parentes; a quibus, si nihil per aditionem acquisitum transmittitur ad liberos, etiam non transmittitur facultas repraesentandi, *uiuus enim non repraesentatur*, quod iterum iterumque monemus. Ergo pars uacua repudiantis Pauli accrescere debet Meuius. Quodsi hic quoque repudiaret, ne hilum quidem ad huius etiam liberos transmitteretur uel bonorum, uel iuris repraesentationis, sed successio deuolueretur ad alios heredes ab intestato, u. g. ad aliquem unilateralera-

lateralem, ad alios germani nepotes, ad patruos etc. imo tandem ad fiscum, uid. omnino L. 1. §. 6. ff. de succ. Edict. ibi: *aut fiscum inuitare*, certe non ad liberos *repudiantis* et adhuc *uiui* patris, cuius iudicio et uoluntati in hac re unice se submittere debent liberi. Sed concedamus exercitii causa FORSTERO, repudiantis Pauli portionem 4000. Fl. non accrescere fratri Meuio, sed ad filios Paulum repraesentantes transire: quaeſo! quid lucrabitur Paulus per suam repudiationem? Nihil! Longe aliter se res habet in casu Tab. N. XV. ubi, si uera esset fabula ista de repraesentatione uiui parentis, repudiatio effectum turpissimi illius lucri haberet, ui cuius 9. liberi A. innocentissimis liberis B. et C. raperent 5500. Flor. haec summa enim est differentia inter 3000. Flor. si succederetur in stirpes, contra 13500. Flor. si succederetur in capita. Idem dicendum esset de sequenti casu: Titius moritur, relictis matre, (cuius parentes utrique adhuc uiuunt) et duorum germanorum fratrum defunctorum liberis quinque, (adhibe circiter Tab. N. VIII.) Manifestum est, matrem succedere in una tertia, sc. in caput; cum contra liberi germanorum succedant in stirpes, uid. BEYER. ad Inst. de S. A. I. pos. 20. Quid si uero mater repudiaret haereditatem, ea avara intentione, ut Eius parentes deinde uocarentur ad successionem in capite, adeoque dimidiam caperent totius hereditatis? Nos non credimus, repudiationem matris tam graue damnum inferre posse iuri, a tempore mortis Titii quaesito, liberorum istorum ex fratribus germanis, sed iuri accrescendi locum esse ideo, quia mater adest, quae iam ulteriores ascendentes penitus excludit. Denique prorsus falsa sunt, quae FORSTERVS narrat *de defectu coniunctionis* inter duos istos fratres ad successionem uocatos, comparatione inter coniunctionem *haeredum* et coniunctionem *legatariorum*. Nam quis ignorat, ius accrescendi inter coheredes, *citra*

omnem coniunctionem ipso iure iam obtinere, imo coheredibus *inuitis* quoque accrescere? Quod secus est inter collegatarios, inter quos regulariter nunquam obtinet ius accrescendi, nisi uel re, uel uerbis, uel mixtim coniuncti sint. Nemo itaque sufficientem rationem perspicere poterit, quid in hac materia de S. A. I. et de iure accrescendi in partibus uacantibus uel repudiatis, cohaeredibus competente, probare uelit FORSTERVS ex ista lege §9. ff. de legat. 3. quae de reali, uerbali et mixta coniunctione *collegatariorum*, citra quam nullum ius accrescendi obtineret, unice agit.

§. XI.

Breve compendium Nostrae Sententiae, ipsius Dissidentis B. Strykii calculo, quod mirandum, comprobatae.

Nunc cuilibet facillime ex hactenus deductis et probatis manifestum fiet, quo nostra, in casu hoc dubio et in utramque partem disputato, inclinet opinio. (conf. Tab. N. XV.) Frater A. repudiatis haereditatem, eique renunciatis, uoti sui compos esse debet: Excluduntur etiam eius libri no- uem, ad quos nihil transmitti potuit pater repudians. et ad quos nullum pertinet ius repraesentandi parentem uiuum: Portio uacans 800. Flor. accrescet fratris A. (non filiorum eiusdem) Coheredibus, id est, germanorum B. et C. liberis; qui hanc uacantem portionem, *non in capita*, quia non soli concurrunt, (Tab. N. IV.) sed pro rata ea, qua coheredes exitissent, (Tab. N. V.) i. e. *in stirpes* diuident. Hanc sententiam iuri, aequitati et analogiae successione ab intestato conuenientiore credimus. Sicuti uero optima quaeque sententia tunc magis placet, quando consensu unius atque alterius Celeberrimi Icti firmata deprehenditur: ita iniuriam nobis facerent ii, qui nos in hac parte destitutos arbitrarentur. En! producamus inter innumeros alios, stem omni exceptione maiorem, et quod magis miraberis

nos

nos uero delectat, illum fortissimum antea propugnatorem aduersae sententiae B. STRYKIVM. Is, cum in materia renunciationum uersaretur, et doceret, quam difficilis sit ad renunciata regressus, quibus noceant renunciaciones, et quales sint effectus repudiationum *in ipso genere Successionis Descendentium* (quod oppido plus est, et argumentum firmat respectu eius, quod minus est, quoniam Descendentes necessarii sunt heredes, e contra Collaterales certo modo pro extraneis, quibus ne legitima quidem absolute debetur, ubique habeantur,) sequentes Ipse amplexus est regulas, theses et rationes, undiquaque legibus et magno Dd. allegatorum numero et calculo comprobatas cit. Tr. de S.A.I. diff. 8. cap. 10. §. 72. et 73. *Indubitatum est, inquit, renunciationem filiae, etiam descendantibus eius in consequentiam necessariam nocere, eosque propter illam excludi. Nam liberi primi gradus excludunt liberos ex se natos, qui nullum ius habent in successione aui, quam diu parentes sui uiuunt, qui eos praecedunt, adeoque ipsis obstant: quia in suis non est successio, et filio suo haerede abstinate, nepos in eius locum non succedit. Ergo, patre abstinate ab hereditate aui, nepos non admittitur, ne quidem ut agnatus sc. iure ciuili. Et quamuis eiusmodi filius patris successione abstinens, ad hereditatem aui B. P. petens admittatur, id tamen de eo tantum casu intelligendum est, si pater eius nondum aui successione repudiauerit, in his enim terminis et textus et Dd. allegati loquuntur, si sc. pater antequam se immisceret, decesserit, nam repudiatione hereditas esse desit. Quare si semel pater abstinerit, tunc ad nepotem aui (multo minus ad filios patruum) successio nunquam transmittitur. Nam ius repudiatum non transmittitur ad gradum sequentem, sed repudiatione statim extinguitur: et qui renunciant, illis*

illis nec B. P. competit. Difficillimum, si non impossibile, erit, tantum Virum hac in parte a vitio contrarietatis liberare. Quando uero tam incomparabiles ICTi nihil humani a se alienum esse arbitrari debent, o! quam facile nos a TE, B. Lector! ueniam impetrare posse speramus, si TV nos in hac exigua opella forsan lapsos esse deprehendes!

T A N T V M.

COROLLARIA.

I.

Iuste exhaeredatus partem facit in computanda Legitima.

II.

Legitima est Iuris Ciuilibis, non uero Naturalis.

III.

Ius Non Scriptum et Consuetudo non sunt unum idemque.

IIII.

Testamentum Irati ualidum est.

V.

Praescriptio immemorabilis non recte applicatur Regalibus Principis.


VI.

Delictum Verum, Dolo; Quasi Delictum, Culpa committi, falso dicitur.


N^o I.




N^o II.



N^o III.




N^o IV.



N^o V.




N^o VI.




N^o VII.




N^o VIII.




N^o IX.



N^o X.



N^o XI.



N^o XII.



N^o XIII.



N^o XIV.




N^o XV.



N^o XVI.






Altdorf, Diss., 1742

X 2389282







2

1743.3

Pri. 48. num. 57.

14

Q. D. B. V.
OBSERVATIONES IVRIS MISCELLAE
QVARVM
CAPVT QVARTVM

P. 274
DE
DVBIIS QVIBVSDAM
IN SVCCESIONE AB
INTESTATO
COLLATERALIVM IN CAPITA
SEC. REG.

SO VIEL MVND, SO VIEL PFVND
PRAESIDE

GEORGIO FRIDERICO DEINLINO
I. V. ET PHILOS. D. PERILL. REIPVBL. NORIB.
CONSIL. PAND. P. P. COLL. ICTORVM
ASSESS. ORD.

DISQVISIONI ERVDITORVM
SVBMITTIT
AVCTOR ET RESPONDENS
CHRISTOPHORVS IACOBVS PFVND
NORIMB.

ALTORF. D. XVIII. SEPT. CIÖIDCCXXXIII.

TYPIS IOH. GEORGII MEYERI ACAD. TYPOGRAPHI

